UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Diatribe. De S. C. Concilio Tridentino in universa Europa, etiam quoad Decreta de moribus, apud Catholicos recepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

1630. in ipſis ferè cunis repreſſa & annullata; ſive, ut phraſi Pallavicinianâ utar, veluti partus emortuus, ita ut nunquam viveret nata fuit, utpote deſtituta animâ id eſt, Authoritate S. Sedis Apoſtolicæ, ſinè qua Joannes XX. ac alii Romani Pontifices Religioſos cætus erigi prohibuerunt: cui quoque & ego me, ac hoſce conatus meos reverentiſſimè ſubmitto, adeò ut veritas & ſinceritas meus ſit unicus

FINIS.

Diatribe

De S. Oecumenico Concilio Tridentino in univerſa Europa, etiam quoad Decreta de moribus, apud Catholicos recepto.

507. § *Concilium Tridentinum eſt in tota Europa receptum.*

508, *Conciliarium Decretorum obligatio*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GI
30

non pendet ab acceptatione inferiorum. V…
de natura diſpenſationis.
509. *S. Concilium Trid. licèt alicubi non eſſ…*
receptum; pro norma tamen ſervire debe…
ret.
510. *Quinam oderint receptionem S. Concili…*
Tridentini?

507. DE receptione S. Concilii Tri-
dentini in Regno *Bohemiæ* Tri…
nequaquam ambigitur, ut modernus
Celſiſſimus & Reverendiſſimus Prin-
ceps & Dominus D. Joannes Fridericus
Archiepiſcopus Pragenſis &c. id pub-
licè profiteatur, ſuæque Celſitudinis
Dominorum Prædeceſſorum praxis a-
liud aſſeverare non ſinat. *Gallos*, ùt…
aliàs motibus repentinis obnoxio…
præ aliis Europæis hac in parte cuncta-
tos fuiſſe cõſtat, remorante potiſſimùm in…
Cõcilii receptioné, præterquàm in ſolis
fidei decretis, Carolo Molinæo Advo-
cato Pariſienſi: donec A. C. 1615. poſt-
quàm Clementi VIII. S. P. Henricus
IV. ſub religione jurisjurandi operam

omnem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnem ſpoponderat, Lutetiæ Pariſiorum in generali conventu Cleri Gallicani, regnante Ludovico XIII. communi Decreto receptũ fuit, ùt liquet ex generalibus actis præfati Cleri; & egomet in Sorbona à Pariſiẽſi Doctore quodam in publica diſputatione audivi. In *Germania*, tum per provincias hereditarias Sereniſſimæ ac Pientiſſimæ Domûs Archiducalis Auſtriacæ; tum in Auguſtana Synodo A. C. 1567. & in Salisburgenſi A. C. 1569. Treviris ſub tempora Jacobi ab Elz Archiepiſcopi & Electoris; Bambergæ ſub Erneſto Epiſcopo circa A. C. 1585. ac demum, urgente Carolo V. Imperatore, per univerſam Germaniam, quoad pleraque Decreta, ab Eccleſiis Orthodoxis debito cum obſequio receptum fuit; hodieque à piis ac zeloſis quibusque Antiſtitibus pro Eccleſiaſtici regiminis norma habetur, ùt defuncti non dudum Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Principis Electoris ac Domini Joannis Philippi

ippi Archiepiſcopi Moguntini, & E
ſcopi Herbipolenſis ac Wormacien
viventisq́ue hodie Sereniſſimi Elect
D. Maximiliani Henrici Archiepiſ
Colonienſis, Epiſcopi Leodienſis,
Hildeſienſis &c. & prætermiſſis aliis,
Clementiſſimi Principis ac Domini
Epiſcopi Bambergenſis & Herbipolen
ſis geſta teſtantur. Similiter Philipp
Hiſpaniarum Rex pietate ſimul
authoritate ſuâ effecit, ut huic
nicæ Synodo non tantùm cunctæ
ſpaniarum Eccleſiæ, ſed etiam Sicil
Belgium colla ſubmiſerint. Q
Parthenium *Hungariæ* Regnum
tur ultima ſtatuta *Synodalia* C
ac Reverendiſſimi Principis Archi
ſcopi Strigonienſis ante paucos
nos evulgata. De *Italis* nullus
tandi locus cuiquam in rebus Itali
ter verſato relinquitur; narratq
roſinus de *Venetis*, jubente illo
publicâ, Concilium hoc in Bas
Marci inter miſſarum ſolemnia p

GI 38

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gatum fuiſſe. Quid de Luſitanis dicendum ſit, litteræ à Sebaſtiano Rege die 2. *Octobris* A. C. 1564. ad S. Pontificem ſcriptæ declarant. De *Polonia* latè recenſet Eminentiſſimus Pallavicinus in *Hiſt. S. Con. Triden.* l. 24. c. 13. quàm reverenter atque lætanter, operâ Joan. Franciſci Commendoni tunc ibidem Nuntii Apoſtolici, ſæpedictum Concicilium à Sigismundo Rege fuerit in publico Regni ſenatu exceptum.

508. Quod autem de *receptione* hìc dicitur, non ſic intelligendum eſt, quaſi leges Eccleſiæ ab acceptatione Populi pendeant, quæ eſt hæreſis Politicorum: cùm poteſtas ſpiritualis à ſolo DEO immediatè conceſſa ſit S. Pontifici, commiſſæque Eidem Eccleſiæ; nec in laicos cadere valeat, juxta præſentem DEI coordinationem; ſecùs ac poteſtas temporalis, quæ à Populo in Principem tranſlata eſt §. *ſed & quod.* 6. ibi *Populus ei* (Principi) *& in eum* (Theophilus legit: *in ſe*) *omne imperium ſuum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

um & poteſtatem conceſſit. *Inſta.*
J. N. G. & C. ſed quòd benigniſſi
Mater Eccleſia Decreta ſua, de
Chriſtianitatis conſilio edita,
cunctis Oratoribus & Patribus p
tibus ſubſcripta, ſuaviter inſinu
luerit, non ægrè latura, ſi qua p
ris Eccleſia, Natio, vel Provinc
particulariſſimos eosque ratio
antiquos mores ſuos, vel etiam
cam ob cauſam pro remiſſione
deratione quapiam inſtitura eſſ
ceps apud S. Sedem: quemad
patet, Inclitæ Nationi Germani
publicum Eccleſiarum German
num plures prærogativas, œco
diſpenſationes &c. indultas fuiſ
modo non temporalis duntax
torum reſpectus aut commod
tet; ſed bonum publicum
Eccleſiæ: prout in diſpen
fieri ſolet ad debet, juxta ill
nardi de conſiderat: *Ubi ne*
get, excuſabilis diſpenſatio eſt;

tas pr
tilit
nam c
delis
patio
non p
comm
rit au
neque
tem A
ſive re
ſando
Tride
ſticos
non-a
andie
canus
50
mus)
bitric
nodi
recip
(ùt p
A. C

G I 38

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas provocat, diſpenſatio laudabilis eſt, utilitas dico, communis, non propria: nam cùm nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio; ſed crudelis eſt diſſipatio &c. Quemadmodum enim lex non poteſt eſſe juſta, niſì ad bonum commune & publicum ordinetur c. *Erit autem 2. diſt.* 4. ita & ſuo modo neque diſpenſatio. Hujusmodi autem Apoſtolicâ condeſcenſione, veniâ, ſive remiſſione ſpeciali ſeclusâ, ad excuſandos à non-obſervantia S. Concilii Tridentini fideles, præſertim Eccleſiaſticos aut Regulares, haud ſufficit ſola non-acceptatio; ſed *qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Mat.* 18. *v.* 17.

509. Verùm demus (non concedamus) in Eccleſiarum particularium arbitrio fuiſſe, ut œcumenicæ hujus Synodi decreta morum reciperent, vel non reciperent: at ſaltem omnibus eadem (ùt prudentiſſimè ad me dixit Coloniæ A. C. 1675. Illuſtriſſimus ac Reverendiſſi-

diſſimus Dominus D. Opitius Pallav-
cinus Archiepiſcopus Epheſinus, S. D.
N. Prælatus Domeſticus, & Aſſiſten-
Ejusdemque & S. Sedis Apoſtolicæ
tractum Rheni & inferioris Germaniæ
partes cum facultate Legati de latere
Nuntius) deberent eſſe pro Norma, ci-
tot integerrimorum & Sapientiſſimo-
rum Præſulum conſenſum: quò fa-
unt ea, quæ Didacus Payva Sebaſti-
Luſitanorum Regis Theologus, l. 1.
general. Concilior. authorit. refert
verbis: *Dum Tridenti commorarer*
Concilio, ſæpe dicere ſolitus eram,
authoritas Conciliorum nullo C
promiſſo confirmata & conſtituta
ego tamen, ab ea ratione tum
veritatis acquirendæ coactus, c
finitionibus facilè conſenſiſſem.
plerique Galliarum Epiſcopi, ſ
bus hodiedum, ſaltem in urbibus
dabiliter floret Diſciplina Cle-
quanquam Senatus Decretorum

G I 30

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilii publicationem retardârit tantiſper, ùt ſuprà jam innui, eadem tamen in celebratis à ſe Synodis jugiter imitati fuerunt, & Eccleſias ſuas per hanc imitationem mirificè reſtaurârunt.

510. Si quibus tamen ſæpedictum Concilium, his non obſtantibus, etiamnum diſplicet, ex litteris Eminentiſſimi Cardinalis Oſſatenſis Romæ 28. *Martij* 1599. ad Regem Galliæ *fol.* mihi 630. datis intelligant: *ils ne veulent point du Concile de Trente, pour n'avoir point à laiſſer les abus, que la reformation portée par le dit Concile oſteroit, non volunt Concilium Tridentinum, ne abuſibus ab eo reformatis ſuperſedere, ſeu abſtinere deinceps cogantur.*

Appen-